

glodityce: quam prisca michoen: alii midoē dixere. Mons pentedactylos. Infula stenedria aliquot hā
lonneses non pauciores: cardamin. Topazos quæ gemmæ nomen dedit. Sinus infulis refertus ex iis:
quæ maren uocatur: aquosa quæ eratanos: sinentes. Regum ii præfecti fuere. Introitus candei: quos
opiophagos uocant: serpentibus uesci assueti. Neq; alia regio fertilior earum. Iuba qui uidetur diligen
tissime prosecutus hæc omisit in hoc tractatu (nisi si exemplarium uitium est berenice alteram: quæ
panchryfos cognominata est. Tertiam quæ epirides insignem loco. Est enim sita in ceruice longe pro
currente: ubi fauces rubri maris. iiii. Mil. d. pass. ab arabia distant. Infula ibi cytis topazium ferens & ip
sa ultra siluas ubi ptolemais a Philadelpho condita ad uenatus elephantorum: ob id epi terias cogno
minata iuxta lacum monleum. Hæc est regio secundo uolumine a nobis significata. In qua. xlv. dieb⁹
ante solstitium toridemq; postea hora. vi. consumuntur umbræ. & in meridiem reliquis horis cadunt.
Cæteris diebus in septentrionem: cum in berenice quam primam posuimus ipso die solstitii. vi. hora
umbræ in totum absummantur. nihilq; adnotatur aliud noui. D. cii. mil. pas. interuallo a ptolemaide
res ingentis exempli: locusq; subtilitatis immensæ mundo ibi deprehenso cum indubitata ratione um
brarum. Eratosthenes mensuram terræ prodere inde cœperit. Hinc azanium mare: promontorium qd
aliqui hispalum scripsere. Lacus mandalum. Infula casitis: & in alto multæ: in quibus testudo plurima.
Oppidum suchæ. Infula daphnidis. Oppidum aduliton. Aegyptiorum hoc serui a dominis profugi
cōdidere. Maximum hic emporium troglodytarum etiam æthiopum. Adest a ptolemaide. v. dierum
nauigatione. Deferunt plurimum ebur. Rhinocerotum cornua. Hippopotamorum coria: celtium: te
studinum sphingia: mancipia. Supra ætiopes arroteras infulæ quæ alæan uocantur. Item bacchias: &
antibachias. & stratoton. Hinc in ora æthiopiæ sinus incognitus: quod admiremur cum ulteriora met
catores scrutentur. Promontorium in quo est fons cutius expetitus nauigantibus. Ultra Isidis portus.
decem dierum remigio ab oppido adulitarum distans. In eum troglodytis myrrha confertur. Infulæ
ante portū duæ pseudopylæ uocantur tinteriores totidem pylæ. In altera stellæ lapideæ litteris incogni
tis. Ultra sinus abalites. Infula diodori: & aliæ desertæ. Oppidum gza: promontorium & portus mossi
licus: quo cynamomum deuehitur. Hucusq; Sesostris exercitum duxit. Aliqui unum æthiopiæ oppi
dum ultra ponunt in littore baragaza. A moselite promontorio atlanticum mare incipere uult Iuba:
præter mauritanias suas: gadis usq; nauigandum choro. Cuius tota sententia hoc in loco subtrahēda
non est. A promontorio indorum quod uocatur lepte acra ab aliis derepanum proponit recto cursu
præter exusta & malacho infulam. xv. mil. pas. esse. Inde ad locum quem uocant sceneos. ccxxv. mil. In
de ad infulam sadanum. cl. Mil. pas. Sic fieri ad apertum marem. xviii. lxxxv. mil. pass. Reliqui omnes
propter solis ardorem nauigare posse non putauerunt. Quin & commertia ipsa infestant ex infulis ara
bes ascitæ appellati: quoniā bubulos utres binos sternentes ponte pyriticam exercent saggittis uene
natis. Gentes trogloditarum iuba tradit therotoas a uenatu dictos miræ uelocitatis sicut ichthi oppa
gos natantes ceu maris animalia. Bargenos: zageras: chalybas: saxinas: syrecas: daremas: domazenes.
Quin & accolas nili a syene nō æthiopum populos: sed arabum esse dicit usq; meroen. Solis quoq; op
pidum quod non procul memphi in ægypti situ diximus arabas conditores habere. Sunt & qui ulte
riorem ripam æthiopiæ auferant adnectantq; africæ. Ripas autem incolere propter aquam. Nos reli
cto cuiq; arbitrio intelligendi oppida quo traduntur ordine atting; ponemus. A syene & prius arabia
latere gens cataduppi. Deinde syenitæ. Oppida tacompson: quam quidam appellauerunt thathicen:
aramū. sesamum: sandura: nasaudum: anaundoma: cumara: beta: & bochiana: leuphitorga: tantarene:
meechindita: noa: gophoa: gyftate: megeda: lea: thennia: nupsia: direa: pataga: bagada: dumana: rhada
ra: in quo felis aurea pro deo colebatur. Boron in mediterræo mallo: proximum meroe. Sic prodidit
Bion. iuba aliter. Oppidum limum in monte megaticos inter ægyptum & æthiopiam: quod arabes
myrson uocauerunt. Deinde metacompson: aranium: sesanium: pidne: mamuda: corambin. Iuxta eā bitu
minis fontem: hammodata: prosda: parenta: mama: tessata: gallas: zotō: gaucomene: meumpidi: boras
endonda: cametas. Nomadas in tabernaculis uiuētes cystæ: pēmani: gadagaleni: paloi: primmi: nupsii
deseleni patini grambreues: magasne segasmala caranda denna cadeumna thena batha alana macua
scamos goram. in infula ab iis ab Alexandro callim seren mallos agocē. Ex africæ latere tradita sūt
eodem nomine tacompson altera siue pars prioris mogora sea edosa pelæana epyndis magusa bauma
linitima spyntama sydopta gensoa pindicitora cugoa orsima suasa mauma rhuma urbuma mulona
quod oppidum græci hypatiton uocarunt. Pagoargas zamnes unde elephantum incipiant. Mambliā
berresa cetuma. Fuit quondam & epis oppidum contra meroen antequam Bion scriberet deletum.
Hæc sunt prodita usq; meroen ex quibus hoc tempore nullum prope utroq; latere extat. Cæteræ soli
tudines. Nuper renuntiauerunt principi Neroni missi ab eo milites prætoriani cum tribuno ad explorā
dum inter reliqua bella ætiopicum cogitanti. Intrauere autem & eo arma romana Diui Augusti tem
poribus duce P. Petronio & ipso equestri ordinis præfecto. Aegyptus oppida eorū expugnauit quæ
sola inuenerat quo dicemus ordine pselchin: primin abocci phthurin cambulin attenā stadisin ubi

Elea
Straton

Araniū
Sesanium

Primin
Comby
sin